

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 969

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

2299

C O D I C E S

2300

*Bohemie ac demum Romanorum
sceptrum a Deo, qui Te elegit,
assumpto, obseruantiae ac seruitu-
tis meæ symbolum et Tuis Coro-
nis consentaneum munuscum —
offerre constitui. — Accipe igitur — Librum abortatorium ma-
gis, quam gratulatorium meum.
— De hoc Tibi gratulor — quod
sub sanctissima et religiosissima Ge-
nitrice Tua (Maria Hisp.) et sub
Catholico Rege fidei orthodoxæ de-
fensore illo Hispaniarum Rege
Philippo institutus &c. De Patre
Maximiliano II. Imp. nec ver-
bum. Ex ipsa demum Operis in-
scriptione innotescit Autor: Pe-
trus Illicinus J. U. D. Protho-
notarius Apostolicus et Canonicus
Olomucenfis, cuius Viri patria
Senensis Itali fata et scripta obli-
vioni eripere conatus sum in
Wiens Buchdruckergeschicht p.
481. quibus haec nostra Lucu-
bratio typis nunquam, ut pu-
tem, commissa in cumulum ac-
cedit. Tempus scriptionis ex eo
liquet, quod Rudolphus 1. Nov.
1575. Rex Romanorum corona-
tus fuerit, et jam mense Octobr.
anni sequentis Patri in imperio
successerit. Opus ipsum, quod
quadam ratione magni Bossueti
Traictatum Politique tirée de la
s. Ecriture refert, circa officia
Principis in negotio Religionis
plurimum occupatur, magnum-
que Autoris cum sacrarum liter-
rarum, tum omnis antiquitatis
ecclesiasticae et Legum usum
commendat; Romanae tamen Se-
di plus aequo in Principes tri-*

buit, atque hinc Marsilius Pa-
tavinum et Guil. Occamum re-
centioribus dissensionum autori-
bus, in quos acriter passim in-
surgit, adnumerat. Initium est:
*Quod foelix faustumque sit, regis
sanctaeque fidei Alumne ac De-
fensor, Christianique orbis spes
reliqua Rhodolphe Rex inclyte!
ad eam uocatus et assumptus es a
Christo Regum Rege, Dominique
dominantium coronam &c. At-
que hinc ad finem absque ulla di-
visione decurrit.*

DCXII.

Codex membraneus lat. Sec. 354
X. Folior. nunc 73. f. praclare
scriptus, rubricis ornatus et ser-
vatus completitur: I. Althelmi
seu Aldelmi Kenredi filii, Inae
Westsaxonum Regis nepotis, qui
ex Abbe Meildunensi, Mail-
dulphesburiens f. Malmesburiens
creatus est Shireburnensis (ab An-
glosax. Scir, Schier, lucidus et
Born fons) f. Clari Fontis Epi-
scopus, et obiit a. 709. Librum
metricum de Virginitate, cui co-
haeret ejusdem Liber metricus
de Odo Principalibus Vitiis, di-
stinctus a priore in Cod. S. Gal-
li, e quo utrumque primus vul-
gavit Henr. Canisius T. V.
Leet. antiq. a p. 798. unde in
Bibliotecas PP. transiere, le-
gunturque in edit. Lugd. T.
XIII. a p. 1. et in Bagniana
Canisi edit. T. I. a p. 709. Ini-
tium nobis dicit Praefatio, quae
quamvis Maximaee Abbatissae, ut
in

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 969

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

2301

A S C E T I C I .

2302

in *Cod. Leodiensi*, non inscri-
batur, ad eam tamen directa
est, ut patet e decursu. Orditur
autem:

Metrica tyrones nunc promant carmina castos
Et laudem capiat quadrato cardine (al. carmine) Virgo.

Bene Carmen hoc quadratum ad-
pellat Autor; omnia enim qua-
tuor ejus latera obeunti occurrit
hic versus:

Metrica tyrones nunc promant carmina castos,

de quo artificio, cuius imitato-
rem habuit *Otfridum* et *Rabanum*
nostrates, vide, quae dixit *Cani-*
sius supracit. V. 8. luculentam
emendationem praebet Codex;
dum enim Impressa legunt:

Tradidit bis coeli per ludum scandere limen,

Noster jure manifesto reponit per
judum. Praeterea coeva manus
pluribus vocibus significata theo-
tistica imposuit, quae adscribere
non pigebit. Ita: promant gimel-
dot. laudem lob. capiat neme.
quadrato cardine in uierecgemo
angen. virgo tbierenna. in arce in
hobi. conferre bibringan. in aethra
in lufdin. laudo lobon. altithron-
nus hoc sedalo. Tradidit his ber-
gab thesen. Inter underthen. Cu-
neos scubon. Rite fidalicho. glo-
rificant diurisont. formator bili-
theri. suffragia guuijso helpba. tru-
dendos ciforsurganne. Sed ma-
gis exiguos defendens Sundar mer-
unsib smabe biscirmandi. pellax
uorscunderi. noxarum sundune. Ne
possit rabula raptor thaz ni mu-
gi therrazo nemeri. uastans uu-
ftandi. puppup, hic additum: in
nostram linguam buf. gestas no-
men fuorist namon. Nam prom-
fisti uuanda frambrabdest. spirami-

ne blaſde. uibramine aiuenungi.
Nec mare nauigerum spumoso
gurgite Noc ther sceffuorande se
mit scumbafdemo uuage. Atque
haec in Praefatione. Continuan-
tur vero ejusmodi γλωτσηματικα
etiam in ipso Poemate usque ad
v. 13. Ita: culmina bobii. Palli-
da purpureo bleichun mit rode-
rouaruun. uirecta buſtdi. fluctua-
gi untſachondes. ne ualeat thaž
ni megi. nimboſis ymbribus au-
ges mit reganbafden regenon me-
roſt. tollis minist. aequoreos cam-
pos ſelicin feld. Squamigeras
ſcuoli fuorundun. in glauco gur-
gite in uueidinemo uuage. Dolen-
dum fane, non ultra progressum
fuisse interpretem. Poema colla-
tum cum Basnagii editione non
unam suggerit meliorem lectio-
nem. Accusavit is Aldbelnum
violatae faepius Prosodiae; ve-
rum mox sub principium Versus
ii:

Z z z 3.

Non

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 969

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

2303

C O D I C E S

2304

*Non Castalidas metrorum cantica Nymphas,
Et: In deitate manet et subsistentia triplex,*

nobis sic sonant:

*Nec peto Castalidas &c. et
In deitate manet quoque &c.*

Fol. 46. p. 2. absque titulo, ut scriptum de o^{de} principalibus Vi-
monui, init Poema in editis in- tiis:

*Digestis igitur sanctorum laudibus almis
Quorum rumores sub coeli culmine flagrant,
Restat ut ingentes depromant carmina pugnas
Ex uitiis procedentes uirtutibus atque &c.*

Neque hoc Poema negligendum, si quis Aldbelnum sub incudem revocare cogitaret, qui, utut asperior et vocum obsoletarum,

sesquipedaliumque sectator, id tamen laudis habet, quod primus in patriam Angliam

Aonio Latias deduxit vertice Musas.

De eo praeter memoratos Ley-
serus Hist. Poetar. et Poem. me-
dii aevi p. 198. et Tannerus in
Biblioth. Brit.

II. fol. 55. p. 2. legitur 1^{mo}.
Epitaphium Karoli M. quod in-
cipit: *Sub hoc conditorio &c. et*
ex Egimhardi de Vita Caroli c.
31. etiam habetur in Struvii
Corp. Hist. Germ. T. I. p. 148.
Errat tamen Noster in annis Re-
giminis, XLVI. pro XLVII. ad-
signans. 2^{do}. *Infra Capella scrip-*
tum. Capellam intelligo Eccle-
siam B. V. Aquisgranensem, quae,
teste Petro a Beck in Aquisgra-
no c. II. p. 17. a priscis Histo-

riographis passim sic appellata fuit. Est vero Inscriptio hujus te-
noris: *Insignem hanc dignitatis aulam. Karolus Caesar magnus in-*
stituit. egregius Odo magister ex-
pleuit. Metensi fotus in urbe
quiescit. Nihil de ea Beckius cit.
Neque Odonem magistrum alicu-
bi deprehendo. 3^{to}. Expositio
Litterae Y. hoc initio: *Y littera-*
ram Pythagoras Samius ad exem-
plum uitiae humanae primus for-
mauit. Recte, si formauit idem
fit ac applicuit. Inventor enim
Palamedes est, cui volatus Grum
figuram subpeditasse dicitur. Sub
finem citatur Persii locus:

Et tibi quae Samios deduxit (diduxit?) littera ramos &c.

Ex

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 969

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

2305

A S C E T I C I.

2306

Ex Au. Persio Scriptor noster Superium effinxit.

III. fol. 56. *Dionysii Catonis Disticha de Moribus ad Filium.* Inscriptuntur: *Praefatio Catonis Philosophi.* Initium: *Cum animaduerterem quam plurimos (homines) grauiter in via morum errare &c. ut in edit. Ott. Arntzenii Amst. 1754. 8. quacum Exemplum rarissimum contuli. Sequuntur Breves Sententiae, numero quidem LVI. ut in edit. sed, quemadmodum nobis deest Sententia XII. Minori parce, ita Sententia nobis LIII. Minime iudica, in edit. non comparet. Ordo praeterea nobis multum diuersus, varias tamen lectiones nostras jam ab solertissimo Arntzenio adnotatas ex aliis Codd. invenio. *Sententias* excipit: *Carminum Catonis Liber I.* et deinceps III. reliqui, quorum tamen Praefationes a Libris ipsis non distinguuntur. Lectionis varietaatem, quae jam in Notis ad edit. maximam partem indicata est, praetereo. Sunt tamen, quae observem. *Dist. X. L. I.* *Sermo datur multis.* *to multis* non tantum vir, ut ait Arntzenius, doctus quidam ad marginem libri adleverat, sed re ipsa in Nostro a prima manu legitur, illudque prae *Cunctis* adoptem; agitur enim de *Verbois*, certumque est, non *cunctos*, bene vero multos hominum hoc vitio laborare. *Dist. XX.* Non placet: *Accipito placide, plene et laudare memento.* Noster: *plane et laudare &c.* *Vides τον κληρονα.* *Dist. XXV.* dum*

vis bonus esse videri. Sed in nota: *bonus ipse*, ita et Noster, et rectius, ut puto. *Dist. XXX.* pro *Doctori Noster Auditori.* *Dist. XXXI.* *Nam stultum petere est,* a Recentioribus quibusdam scribi ait Arntzenius. Atqui sic scribebat Seculo X. *Codex noster.* *Dist. XXXIII.* Cum de homine periculis agitato sermo sit, proba videtur lectio Nostri: *quicunque laboras pro quocumque.* L. II. *Dist. IV.* Noster: *ne possis noscere uerum pro ne possit cernere uerum.* *Dist. XI.* *His rebus minimis interdum maxima crescunt,* pro: *Lis minimis verbis — crescit.* *Dist. XV.* *Delida pro maledicta.* L. III. abest a Nostro *Dist. II.* *Dist. XIII.* legitur: *Nec retinere velis pro Ne.* *Dist. XV.* *Quod potes, id temptato pro tenta.* *Dist. XXIII.* *finis tamen illa laborum est pro malorum est.* *Dist. XXV.* Si versum 2. expendas, praferenda videtur lectio Nostri: *Aequa diligo, Arntzenianae: Dilige non aequa.* L. IV. in *Praef.* Noster: *adbibere animos pro haerere.* *Dist. IV.* *cupit habere pro captat ab aere.* *Dist. XXX.* *Quod laetum est pro blandum est.* *Dist. XXXVI.* Sunt quaedam — amici pro amicum. *Dist. XLVIII.* *uita non uelle doceri,* ante quod videtur et excidisse, *pro vita nescire docere.* Atque haec sunt, quae Arntzenii Notis addi possunt; Editionibus vero antiquis Nostri a Maittario et Fabricio memoratis adde alteram anni 1475. quae fortassis Ulmam ad Job. Zeiner pertinet,

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 969

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

2307

C O D I C E S

2308

pertinet, 4. *Colonensem Henr. Quentell 1493.* 4. *Augustanam Job. Schönsperger 1497.* 4. *Daventriensem Rich. Paffroed. f. a. 4.*

IV. fol 62. *Annei Senecae Proverbia.* Initium: *Alienum est omne quicquid optando euenit.* Meminit horum Proverbiorum *Othlomus Monach. Emeram.* jam Sec. XI. in *Prologo suorum Proverbiorum T. III. Thes. Anecd. Bern. Pezii P. 2. col. 485.* sub *Senecae nomine.* In *Catal. Codd. Mss. Univ. Cantabrig.* p. 110. n. 762. memorantur Carminibus redditam per *Ebrardum*, qui, an *Bethnienfis* sit Sec. XII. non ignotus Verfifex, nescio. Non semel item *Senecae tributa sunt in editionibus sub Typographiae initia curatis.* Interea tamen viri doctissimi *Henr. Stephanus, Jos. Scaliger, Jan. Gruterus, alii D. Laborio et Publio Syro*, admixtis *Senecae* et fortassis aliorum quorundam Sententiis adsignant. Itaque sic extant in edit. *Stephani 1564. 8. et quidem jam ad certa Capita revocata*, cum in edit. *Paris. apud Dion. Duwallum 1589. 8. inter Epigrammata et Poematia Vetera p. 9. ordine alphabetico*, ut in *Cod. nostro*, legantur. At vero quanta in his diversitas! Dum enim *Stephanus Sententias censet CCIX. in edit. Paris. leguntur CCCLXXIX.* in nostro vero *Cod. CCCXIII.* Neque numeri tantum, sed ipsarum etiam Sententiarum mira est differentia, idque maxime post medium; Ita ex. caussa litera R. in

edit. *Paris.* numerat Sententias IV. in *Cod. XIII.* atque in his unica utriusque communis est, illa videlicet: *Ridiculum est odio innocentis Innocentiam perdere.* Ut adeo manifestum fit, varia variis temporibus variorum industria ad hanc *Γνωμολογιαν* accessisse, aut ab ea resecta fuisse. Finis illius in Codice: *Zelari autem hominibus uitiosum est. Explicatum Annei Senece Proverbia.* Et novo Librarii errore: *Finit Synonyma Ciceronis*, de quo spurio *Tullii Libello* ne vestigium quidem hic. Sequuntur enim

V. fol. 70. *Senecae et Pauli Epistolae ἀποκταται*, et ipsae, ut notum, spuriae. Praeit ἀνεπιγραφως *Caput XII. Libri Hieronymi de Vir. illustr.* quod de *Seneca agit*, et in quo hic *fotini* pro *Sotionis Discipulus* dicitur. Ad calcem: *Explicit Hieronimi Presbiteri.* Deinceps *Epistolae* numero tantum XII. cum defint ultimae duae. Praeterea *Epistolae*, quae in *Fabricii Cod. Apocr. N. T. T. II. p. 900. XI. et XII.* sunt, hic invertuntur. Textus ipse admodum improbe scriptus vix unam alteramve lectionem *Fabriciana* meliorem subpeditat. *Epist. III.* verbis illis de *Caesare*: *Si modo fors prospere annuerit — eris forsan et tu praesens*, non male interponitur: *ut nouas aures adferat.* De toto hoc *Epistolari Commercio* dixi jam ad *Cod. CCLXXVII.*

VI. fol. 73. *Incipiunt Sententiae De Jesu Filio Sirahc Excerpta.* Ineunt juxta interpretationem

nem

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 969

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

2309

ASCETIC.

nem vulgatam a C. I. v. 27.
Timor domini expellit peccatum
 &c. et abrumpuntur C. VII. v.
 16. *Non oderis laboriosa opera*
 &c.

In segmento Membraneae Codici praefixo legitur: *Metrum Guontarii. In si: Unicum*, quod quale fuerit, cum Codicis ultima interciderint, dicere non habeo.

2310

DCXIII.

Codex membraneus lat. Sec. 78^t
 XIV. Folior. 164. 8. non una manu perscriptus, rubricisque enotatus pertinuit olim ad Monasterium Campense Colon. Dyoc. Familiae Cisterc. a Friderico I. Archiep. a. 1122. conditum, et Farraginem Poeticam complectitur, quae sic habet: I. *Incipit Laborintus Magistrorum Prologus.*

*Pyereus me traxit amor, iussitque camena
 Scribere materiam. me dedit illa mibi &c.*

Fortasse: quam dedit; est enim Materia elegaci hujus Poematis Ars rhythmica, seu Versus pangendi. An illam ipsemet Autor *Labyrinthum inscriperit*, nescio; suspicor potius, sequiores Magistellos, ut in Etymis acutum cernebant, per ro *Laborintus* in-

nuere voluisse, *Laborem intus esse*. Est vero Autor *Eberhardus* seu *Everardus Artesius* a loco natali *Bethunensis* dictus, item *Graecista* ab alio notiore Poemate, quod *Graecissimum inscriperat*. Nomen suum ad calcem *Laborinti* ita enunciat:

*Lector condoleas. euerardi carminis ullam
 Si cariem uideas &c.*

Vixit Sec. XII. ineunte. *Labyrinthum avendotor ratus Polyc. Leyserus Historiae suae Poet. med. aevi* ad p. 796. inferuit. At is lucem jam viderat *Lovanii* apud *Rutger. Rescium* 1534. cum *Petri Gherincis Busconi Metrario*lo. Partem illam, qua *Eberhardus Poetas recenset*, e *Leysero Fabricius Bibl. med. Lat. L. V.* p. 73. inferuit. Itaque, quod addam, non habeo, nisi Codici no-

stro, qui absque divisione decurrit, deesse Versus, qui *Leysero Tract. 3. numerantur 217 — 228.* non vero deesse multiplicem Lectionis varietatem.

II. fol. 27. Poemation Ele- gicum rhythmicum, cuius titulum e calce transscribo: *Exclama- tiones super muris troyanis Edi- te per Primatem egregium ver- ficatorem. Initium:*

Pergama flere uolo fato danays data solo &c.

Denis Codd. Theol. V. I. P. II.

A a a a

Dixi